

LECTORIS.

Post Germaniam absolutam, Candide Lector, Descriptionem, Historiam, & Statum Regni Hungarici nunc damus. Quae tria in eiusmodi operibus necessario coniungenda putamus. Repetere enim non libet, quam frugifera quamque salubris sit cognitio rerum, cuius eximia quidem pars commemoratio tum antiquitatis, tum recentiorum seculorum, hoc est, memoria temporum, locorum, hominum, rerum gestarum. Rerum autem, quae hic dicuntur, veritatem aliorum autorum fide praestamus. Laborem ergo hunc nostrum acceptum omnibus futurum non dubitamus. Brevis, si vitam nobis Deus & otium fecerit, accuratissimam REGNI BOHEMICI descriptionem procudemus, ne quid hic amplius desiderent harrum rerum studiosi.



C O N T E N T A

hujus

O P E R I S.

I.

Descriptio Regni Hungariæ. p. 7.

II.

De admirandis Hungariæ aquis
dissertatio. 56

III.

Origo Hungarorum. 96

IV.

Historia Regum Hungariæ. 117

V.

S. Stephani primi Hungariæ Re-
gis decretum, in quo leges re-
gni Hungarici fundamentales.
154

A 3

VI.



I.

DESCRPTIO

HUNGARIÆ.



DE HUNGARIÆ sicut aſtu-
ri commodum existimavi-
mus de Transylvania uni-
verſa, ejuſque limitibus &
terminis nonnulla præmit-
tere, ut cetera melius intelligantur.

Transylvania quondam bellipotens
regio, Divorum olim Imperatorum Ro-
manorū provincia inclyta, Dacia appel-
lata, plagæ Orientali expoſita, & Marte
multi nominis fuit temporibus Nervæ
Traiani, quam Decebalus Rex tam ar-
mis quam pecunia belli nervo, pertina-
ciſſime ſub imperio retinuit. Eutrop. lib.
8. in Aurelii vita: Provinciam, inquit,
Daciam, quam Traianus ultra Danubiū
fecerat, intermiſit, appellavitque eam
Daciam, quæ nunc duas dividit Mœſias,
& eſt in dextra, Danubio in mare fluen-
ti, cum antea fuerit in lava. Decebalus
itaque ejuſdem regionis Rex ſeu Mo-
narcha cum Vlpio Traiano Romano Cæ-

septentrionū oris eo prodiisse. Testatur hoc Hieronymus, Stridonii in Dalmatia Hungariæ vicina natus, *Ab ultima*, inquit ad Oceanum scribens, *Mæotide, inter glaciale Tanaim & Massagetarum immanes populos, ubi Caucaſi rupibus feræ gentes Alexandri clauſtra cohibent. eruperunt Hunnorum examina, quæ pernicibus equis huc illuc volitantia cædibus pariter ac terroribus cuncta compleverunt.* Addunt alii occasionem, fabulæ itidem quam hiftoriæ propiorient: Venatores quofdam ſuperata Mæotide palude, per quam fera fugiens tranſitū ante ipsis monſtraverat, in Europam penetratſe, ac cæli temperiem terræque fecunditatem, multum ab illa Scythici cæli inclementia diverſam vehementer admiratos: eorum prædicatione infinitam hominum multitudinem excitatam, ſterili deſerta regione in Pannonias & vicina loca cōmiſſiſſe. Prima dimicatio Hunnis cum Alavis fuit; quibus pulſis, caſtra ad Tibiſcum uſque promoverunt. Pannonias tum Gothi incolebant, gens bellicoſa quidem quæ tamen & ipſa Hunnorum furori cedere coacta fuit. Et Oſtrogothi quidem, quibus belli fortuna pepercerat, cum Hunnorum gente poſtea adſinitatibus coaluerunt: Veſtrogothi verò in Myſiam & Thraciam ſeſe receperunt.